

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5156

Autre(s) référence(s) : Round 916

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Hambye, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1181, 1 juin

Lieu d'émission : Tusculum

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Notre-Dame de Hambye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 210, p. 311-313.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 14399, t. 2, p. 416.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Rocelino abbati monasterii sanctae Mariae de Hambeya eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis imperpetuum. Religiosam uitam etc. Quapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum nemore, pratis, aquis aquarumque decursibus et aliis suis pertinenciis, scilicet ecclesiam de Hambeya cum pertinenciis suis, ecclesiam de Fulcherio cum pertinenciis suis, ecclesiam de Quesneio cum pertinenciis suis, ecclesiam de Ponte Flambari cum pertinenciis suis, ecclesiam de Marsigneham cum pertinenciis, decimas de foresta Propositam, molendinis et arietibus in eadem uilla de Hamb(eya), decimas frumenti de Brehal, decimam fori illius uillae et duas piscaturas in eadem uilla, decimam fori de Haya, decimam omnium reddituum nobilis uiri Fulc. Paganelli per Angliam et Normaniam in moneta, cellam de Sacco cum pertinenciis suis tam in aquis quam in aliis, cellam de Monasteriis Huberti cum pertinenciis suis, cellam de Cheonio cum pertinenciis suis, cellam de Perepeduna cum pertinenciis suis, cellam de Balloi cum pertinenciis suis, cellam de Lanfacino cum pertinenciis suis et cellam de sancto Ohodo cum pertinenciis suis, decimas centum acrarum terrae in Colleuilla, quadraginta solidos stellingorum in Chfinbigiis, octo quarter(ia) frumenti in Colunciis ex assignatione Thomae de Colunciis, decem quarteria in Turri, tria quarteria frumenti in molendino sancti Dionisii, tria sexteria

ordei apud Roisseum, apud Cardunuillam mansuram Coleti cum reditu suo ex assignatione Pagani de Cardunuilla, duas mansuras ... et apud Agun duas mansuras, in Browella unam foriatam terrae cum costo pertinenti, dimidiam marcam in Aplebe, dimidiam marcam in Calleton, grangiam de Monasterio, grangiam de Elemosina in uilla de Hambeia cum pertinenciis, grangiam de Costainuilla cum pertinenciis suis, grangiam de Roncero cum pertinenciis suis et grangiam de sancta Cruce cum pertinenciis suis et heremum de Salsaldala cum pertinentiis suis. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Cum autem generale etc. In parrochialibus etc. Statuimus etiam, ne abbatiae, quae a uestro monasterio descenderunt ab eo regulae monasticae obseruantiam assumentes, uidelicet abbatia de Mula, abbatia de Olnon, abbatia de Longis, abbatia de Bellomonte et abbatia de Hambressame temere a subiiectione uestra se sustrahant aut debitam uobis ualeant reuerentiam denegare. Sepulturam preterea etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesanis episcopi canonica iusticia Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

Dat. Tusculan. per manum Alberti sanctae Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii kal. iunii, indictione XIII, incarnationis dominicae anno M° C° octuagesimo primo, pontificatus uero domni Alexandri papae III anno XX° II.